

Nova ex Germania nulla habeo, nisi quod nuper Daniae regem ad sua defendenda (nam Vallensteinius post devictas in Silesia Hranienses reliquias in Holsatiam movit) abiisse accepimus. Causa tantorum successuum una videtur, quod ab hujus belli initio nunquam in unum consultum fuit. Et Imperatoris artibus plerisque persuasum est, non de communi omnium causa agi. Contra singulos belli praetextus aliquis fuit, qui cetera non concernere videbatur. Ita dum singuli pugnant, universi vincuntur. Certe eo partium Caesareanarum tenuitas et ex diverso universae Germaniae potentia erat, ut plane contrarium de eventu judicarent, qui nesciunt, magnis populis etiam varios principes divisim hoc esse vitium hancque labem, quod intestinis plerumque discordiis laborantes nunquam vires suas in unum conferunt. Si rescribere visum erit, litteras quaeso ad Illustrissimum Dominicum Molinum Venetias transmittas, a quo tuto ad me pervenient. Vale.

Aureliani Id. 16. Octobris anno Christi MDCXXVII.

16.

**Christ. Forstner über Campanellas politische Verwendung  
am französischen Hofe.**

(Continuatio postrema ad notarum ad Taciti Annales, p. 59. Zitiert bei Cyprian, Vita Campanellae, Amsterdam 1705, S. 26.)

„In aula Gallica vidi aliquoties, dum apud Cardinalem Richelium Ludovicus Rex in consilio esset, Thomam Campanellum, fama super aethera notum, accitum, deque rebus Italicis sententiam rogatum fuisse. Nimirum in iis quisque negotiis adhiberi debet, quibus par est.“

17.

**Th. Campanella an den Kanzler Séguier.<sup>1</sup>**

Paris, 31. Mai 1635.

(Bibl. Nationale, Paris, Nouvell. acquis. franç. 6210, fol. 16 ff.)

Illustrissime Domine.

Veni bis hesternam die ad te presentaturus nostrorum librorum exemplar unum ac simul collocaturus de spectantibus ex nostro ordine ad regni

<sup>1</sup> Ich habe beim Abdruck dieser sehr mangelhaften Kopie, deren Kollationierung ich Herrn de Roncière von der Nationalbibliothek in Paris verdanke, die Abkürzungen aufgelöst, den kleinen Anfangsbuchstaben nach dem Punkt in einen großen umgewandelt, die Initialen einiger Substantiva gleichmäßig gestaltet, und wo es dringend nötig schien, die Interpunktion geändert.